



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Officio Thesaurarij. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Sæpe omnium libros reuifet, an illo-
rum instituto apti fint, & necessarij; li-
bros verò indicis iuffa, aut legibus Se-
minarij interdictos, ad Rectorem de-
ferri iubeat.

In ingreffu clericorum, ad eum defe-
rantur libri omnes; quos ipfe diligèter
recognofcet: & fi quos deprehendet in
Indice, aut à Reuerendiffimo Archie-
pifcopo prohibitos, ne eos apud fe ha-
bere permittat.

Sæpe Rectorem admonabit, de ijs,
qui diligentiores in studijs fuerint: ne-
gligentes item notet: vt à Reueren-
diff. Archiepifcopo requisitus, eorum
omnium rationem reddat.

Cum sacræ ordinationes habende e-
ruat, eos qui mittendi funt ad examen,
diligenter domi recognofcat; fi quos au-
tem rudes, aut minus aptos repererit,
aut inffruat fi modò poffit, aut Rectori
fignificet, vt quid de illis expediat, de-
liberari poffit.

Quæ ad Præceptores pertinent.

Cap. V I.

Statim horis in gymnaſium conue-
niant.

Quotidianas lud exercitationes, ac ſtu-
dia, pia aliquæ oratione inchoent, item
quæ concludant; quæ antequam abſolu-
tur, difcipuli è ludo ne miſſi fiant.

Proinde in Gymnaſio loco decet, &
perſpicuo, tabella alicuius sacræ imagi-
nis appendatur, ad quam ſingulis die-
bus ſtatæ preces fiant.

Efficiant, vt difcipuli omnes Doctri-
nam Chriſtianam rectè teneant.

Si quæ profana aliquando exponant,
ea ad rectam diſciplinam, egregiamq;
morum informationem, præclaris inter-
pretationibus traducere conentur; ac in
ſuis explicationibus aliquid ad laudabi-
lem vitæ institutionem ſemper inter-
ponere ſtudeant.

Prouideant, vt in ſchola omnes locis
affignatis ſe contineant.

Ne permittat eos egredi è gymnaſijs.

Caueant, nè difcipuli ſcâna incidant,
aut quidquam in ijs inſcribant, ne ve ijs
occultati, res inutiles faciant.

Cum ad finem alicuius libri peruene-
rint, tumultu fieri nullo modo ſinant.

In verberando, caput ne cedant; nec
ſine modo, aut cum ira quenquam per-
cutiant.

Nihil omnino difcipulis dent ſcribè-
dum ſine Rectoris facultate; nec ab ijs
quidquam tranſcribi permittant, niſi
neceſſe ſit, ne & tempus terant, & vale-
tudini noceant.

Si quos ex difcipulis alloqui velint,
ne eos in cubiculum ſuum admittat, ſed
id in ſchola, aut in recreatione faciant.

Gravitate cum difcipulis vbicunq;
ſint retineant.

Si quis in gymnaſium cum alijs non
venerit, Rectori, aut Præfecto ſtudio-
rum ſignificet.

De Officio Theſaurarij. Cap. VII.

Theſaurarius numerandi artè pro-
bè teneat; ne vel in exigendis, vel
in ſoluendis pecunijs labatur: ſit etiam
benè verſatus in libris rationum tra-
ſtandis, itemq; in monetarum generi-
bus, & vitijs cognofcendis; ne vel vitio-
ſas admittat, vel non iuſti ponderis.

Deſcribat pecunias omnes, quas ip-
ſe recipit, vel alijs ſoluit, cum die, me-
ſe, & anno, & cum expreſſa cauſa men-
tione.

Nullam pecuniam cuiquam numeret ſi-
ne mandato à Cancellario Seminarij
conſecto, cui à Vicario Generali, & ab
vno ex Deputatis, nec non à Rectore
ſubſcriptum ſit; omninoq; eidem Recto-
ri ſe obedientem præbeat in hac pecu-
niarum adminiſtratione.

Pecunias omnes in cubiculo Recto-
ris, vbi itidè capſa aſſeruat, recipiat,
eaſq; ſtatim in ea reponat.

Habeat penes ſe indicem omnium co-
lonorum, & debitorum, quorum nomi-
na, & cognomina diligenter perſcri-
bat; vt cum tempus poſſulat, pecuniam
ab eis recipere pro debiti ſolutione, &
de eadem pecunia fidem illis perſcri-
bere poſſit.

Mandata omnium pecuniarum expen-
ſarum diligenter aſſeruet; nihil enim
illi acceptum expenſum referetur, niſi
ſingularum ſolutionum mandatum ex-
hibuerit.